

SERMO XCII.

G tix agēda sunt, a quo Augustinus de religione beata, feliciq; vita instructus est. A quo idem multa de Christi fide tum exempla, tum miracula accepit, quibus si qua haeresis rubigo esset, penitus animū abstergit, quibus a se omnis dubitationis timor procul propulsatus est. Quantis frates charissimi lachrymis diuturnitatem conquestus est? quibus verbis & quo dolore seram poenitentiam damnauit? dimidiam enim ferme vitae suae partem inter gentiliū mores ac vanas disciplinas, mundanosq; errores consumpsit. Iubilate de tanta victoria, in qua Augustinus tanquam dux cum cōmilitonibus suis Adeodato, & Alypio socio captiui nostri sunt. Haec quidem captiuitas Augustini beati faciet, regnum dei parabit. Triumphare tamen visus est Augustinus illa praefata hora in qua nouum hominem sacro baptismate induimus, in quo vna nobiscum diuino quodam instinctu hymnum cantauimus de Christi fide. Et ut vberius instrueretur, tota cognitio: ni animum intendit. Nouum in Christi fide militem habemus, acerrimū contra gentiles hostem, contra haereticos inuictissimū Imperatorem. Nouum Christi: num notis vestimentis, cuculla nigra induimus, angustum notis nostripī praecinximus, quod Simplicianus lo ex corio nostripī praecinximus, quod Simplicianus noster ingenti letitia donauit. Agamus gratias domino Iesu Christo ingentes, qui religioni nostrae talem ac tantum principem iustituit. Gaudeamus omnes in domino, qui omnia virtute sua continet, & incomprehensibili maiestate vniuersa complectitur. Gaudeant angelī Augustini tam celebri cōuersione. Gaudeant cælum & vniuersa terra, benedicāt omnes dominum, quia ad conferendum hominibus subsidium creauit & illuminauit Augustinum, a quo tanquam religionis exortio Christiani auxilium caperēt, & suffragium. A quo deniq; religionis cōsuetudines oriri poterūt. Hanc Augustini cōuersionem in futurum homines diuinis prosequuntur honoribus. Amen.

OPERV M DIVI AMBROSII
SII MEDIOLANENSIS
EPISCOPI, TERTII
TOMI FINIS.

DIVI AMBROSII EPI-
SCOPI MEDIOLANENSIS OPERVM TO-
mus Quartus, continens explanationes, hoc est ea
quae faciunt ad interpretationem diuina:
rum scripturarum, veteris testa-
menti, deniq; noui.

